Quelle: https://manuscripta.at/?ID=86
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Hac de causa dixit ypocrates. in pare pariter fortiores. Quantumque in se numum continet. Similiter hinuenimus in ymeraciseon. galieni. et aliorum antiquorum. Si tamen quidam nobis sophisticis obiecerint dicentes. Si bene dixistis de ypocrates. galieni. certisque antiquis. quorum intentio de die cretica fuerit. et denuo. et cursu lune. unum in pare dixerit pariter certiores. Quare xiiii. omnibus diebus creticis. et quarta omnibus diebus nunciatuus dixerit esse meliores. cum utraque sit paris numeri. Respondebimus. In pares licet conuenientes sint naturaliter die cretice. pares tamen sint accidentaliter. Quasi cum sis incipiet in xiii die natura sua complebit actionem in quarto decimo. Unde crisis in xiiii die computatur. Quia actionis naturae complementum in eo ostenditur. Similiter in tertio natura sua incipit operationem. et in quarto finit eam. Proinde bene ordinauerunt creticos dies. Quia cum uidimus pare non esse cretice cum exactione naturae. sed accidentaliter ex apparitione operationis naturae in eo complente. cum sis ad impare. et dixerit eum esse pari dignioremque.

De cognoscenda crisi.

Qui cupit noscere diem quem crisis sit uentura